 lādo libz abrenūciat oibus bonis p̄b̄is z oīo
 nibz q̄s dñs fecit. p̄pter qd Eccl. xij. dicit.
 Virmultū iurans replebit iniq̄tate. z nō re-
 ceder de domo eius plaga. Et Leuit. xij. Nō
 piurabis in noīe meo

La. xv. Lectio CLXVIII.

Autem deus

noſter ſuauiſ z verus eſ. patieſ
 et in miſericordia om̄ia diſponeſ
 Et enim ſi peccauerim⁹ tuſ ſu-
 mus ſcienter magnitudinem tuam. Et ſi nō
 peccauerim⁹? ſcimus qm̄ apud te ſumus cō-
 putati. Hoſte em̄ te p̄ſumata iuſticia eſt. z ſc-
 re iuſticiam et virtutem tuā radix eſt immortal-
 itatis Intentio ſp̄ſſancti tam in iſto caplo
 q̄ in duobz p̄cedentibz eſt idolatriā deſtruere
 z vtz p̄ eulcum hoibz ſuadere Hoc autē in
 iſto caplo p̄ duas vias aggredit. Ha; primo
 p̄medat diuinā bonitatē p̄pter quā ois crea-
 tura rōnalis ei debet ſuare. Scōo declarat
 idolorū vilitatē p̄pter quā ois hō ei tenet p̄tē-
 nere. Scōa ps ibi. Nō ei in errore. Circa p̄l-
 mū p̄mo poit diuā p̄medationē. Scōo ſubiū-
 git tate p̄medatōis declaratiōez. Scōa ps ibi.
A Et enim ſi peccauerim⁹. Cōmēdabilia at q̄ dic-
 de deo ſūt q̄tuor q̄ maxie mouēt aliquē ad ſer-
 uēdū dño tales p̄ditōes h̄nt. vitz ſuauitas i
 cōſcariōe. Dño em̄ amaro z iracūdo null⁹ ſa-
 mulat libēter Veritas in p̄miſſiōe Nā mltā
 p̄mittēs z pauca p̄ſoluēs raro habebit ſamu-
 los ſibi deuotos. Paria in expectatiōe. Dñs
 em̄ qui nō ſubito nec rigide p̄cedit ad ſuū vtri-
 onem. dat ſubditis p̄ſidentia ſperādī ventaz
 poſt offeſſas. Et miſcōia in ḡnali diſpoſitiōe
 qz miſcōia dñi ſamulos facit eē deuotos z o-
 bediētes. Quātū q̄ ad iſta q̄tuor dicit. Tu at
 deus n̄ ſuauiſ z verus eſ. Suauiſ: b̄n̄ficia
 largiēdo. verus: p̄miſſa implēdo. patiens ex-
 pectādo delinq̄ntes. Eccl. v. Altiffim⁹ eſt pa-
 tiens redditor z in miſcōia diſponēs om̄ia: qz
 punit citra p̄dignū z p̄m̄iat bonos vltra p̄d-
 gnū. Hec ē veri dei p̄medatio. Scōo ſubiū-
 gitur buſ⁹ magne p̄medatōis declaratio. Iu-
 ſtū eſt em̄ vt deo ſuamur z eū honorem⁹ ſiue

fuerim⁹ in ſtatu culpe ſiue in ſtatu iuſticie: q̄a
 ſi fuerim⁹ p̄ctōres nihilomin⁹ infra potētiam
 ſuā puniēdi ſum⁹. Si fuerim⁹ iuſti: ſum⁹ in-
 fra potētia ſuā z p̄ eā ſupra meritū p̄miādī. z h̄
 eſt qd ſubdit. Et em̄ ſi peccauerim⁹ tuſ ſumus
 ſciētes magnitudinē tuā. i. infinitatē potencie
 tue. In ps. Magn⁹ dñs z laudabilis n̄m̄is
 z magnitudinis eius nō eſt finis Et ſi nō pec-
 cauerim⁹ ſcim⁹. i. firmiſſima fide credim⁹. q̄a
 apud te p̄putati ſum⁹. i. n̄uerati z electi vt i ce-
 lis eternalit̄ p̄miemur. Luc. vij. Gaudete z ex-
 ultate qz merces v̄a mltā ē in celis. S; poſ-
 ſet aliq̄s q̄rere. Qd eſt illud p̄m̄ū vite: z quō
 ad illud pueniem⁹. Iō ſubdit. Hoſte. n. te nu-
 de vitz z apte p̄ſumata iuſticia ē. Jobis. xvij.
 Hec ē vita eterna vt agnoſcāt te ſolū vez de-
 um z quē miſiſti i h̄m̄ xpm̄. Ecce p̄m̄ū. Sed
 quō ad illud pueniem⁹. ſubdit. Et ſc̄re. i. cre-
 dere p̄ dilectem iuſticiā. i. eq̄tate z p̄tute tuā. i.
 pietatē. radit eſt. i. p̄ncipiū immortalitatis. i. be-
 atitudinis ſempit̄ne. q. d. qui h; fidem forma-
 tam caritate q̄ tu eſ vere iuſt⁹ z vere pius: il-
 le h; radicem beatitudinis. De hac radice fi-
 deli p̄tate loq̄tur Aug⁹. ſup Job. ſic dicens.
 Sic in radice arboris nulla p̄ſus appet ſpēs
 z tñ qd qd eſt in arboze pulchritudinis vel de-
 coris totū ex illa p̄cedit. ſic et fidelit̄ huiltate qd
 qd meriti q̄quid beatitudinis aīa ſuſceptu-
 ra eſt: ex fidelit̄ fundamēto p̄cedit. vñ ſignāter
 dī q̄ fides eſt radix immortalitatis Vñ Eccl. j.
 Radix ſapie eſt timere deum. Ramī eius lon-
 geul. Circa illā clauſulā. Scim⁹ qm̄ apud
 te ſum⁹ cōputati. Florādum eſt. q̄ iſtud p̄bu; **B**
 dī p̄ſe de electis quoz numer⁹ ſolū deo co-
 gnit⁹ ē. ſicut dicit Aug⁹. in enche. ca. xxj. Vbi
 notādū q̄ m̄gnī dñi aliter poſſident modica
 z vilia z alit̄ p̄cioſa z nobilia. Vilia vt res p̄-
 ui p̄cū lz habeant: nō tñ a dñis p̄putant. S; p̄-
 cioſa z nobilia localia b̄n̄ h̄ntur. z in nūero
 diligētē p̄putant. Iſto mō eſt de deo q̄ om̄is
 poſſidet ſiue ſint p̄ctōres ſiue iuſti z p̄destina-
 ti. Peccatores h; ſub dominio ſuo. ſed nulli⁹
 numeri ſunt apud eum. Eccl. j. Stultoz inſi-
 nitus ē numerus. Vñ Boe. j. arifme. loquēs
 de diuiſiōe numeri p̄ dim̄inutiū et ſup̄fluū et
 p̄fectum dicit. In his ē magna ſilitudo p̄turis
 et viti. p̄fectos em̄ raros inuenim⁹ numeros
 ſed ſup̄fluos z dim̄inutos mltos z inſinitos.
 P̄fectus em̄ numer⁹ eſt q̄ ex oibz p̄tibz ſuis
 aliq̄s ſimul ſup̄ris: ſicut eſt ſex z inſa centū mi-
 lia: nō ſunt niſi q̄nq̄ tales numeri. z qz tanta ē
 maloꝝ copia: nō eſt deo cura de eis vt nūeren-
 tur. Iuſti autē poſſident. ſicut localia p̄fecta z
 p̄cioſa. Eſa. xij. Precioſior erit vir auro z ho-
 mo mūdo obrizo. Et b̄n̄ dicit vtr. Quia ſicut

q. p. mcr. to vltā sempiternā

Lectio CLXXI

De enim in errore

n induxit nos hoim male artis exco- gitatione nec ymbra picture: labor sine fructu. effigies sculpra p varios colores...

ordinabat in lege mulieres et puilli non nuera bank, sed soli virtute apud deum effeminati ad opera virilia seu fructuosa nec irrationabiliter...

Primo putat ad calumniandum, Secundo ad iniuste lucrandum, Tertio ad iuste remunerandum...

ad factores qui ea operantur. Omnes isti digni sunt morte. vix inferni, in ps. Sic oves in inferno...

ro, in qdam epla. Nullus labor durus: nul-
lum tps logum videri debet q gloria eternita-
tis acqritur. Sap. v. Honor labor glifus
est fructus. Et Sap. x. Reddidit iustis merce-
dem labor suoz. Est ei noraduz q distigue-
re possum de multiplici labore hoim in pnti.
Est em labor delinqntiu atq pctoz, est labor
penitentiu atq pccator: est labor studentiu at
q scolasticoz, est labor pfdentiū atq platoruz
Primo q labor est delinqntiu atq pctoz via
em pctoz est magis laboriosa q via sanctoruz.
Famul qnto pluribz habet fuire tanto ma-
iore labor e habet, mo pccator vult fure dia-
bolo, mudo, z carni sue, z to necesse hz multi-
pliciter laborare. Hvere, it. Docuerunt lin-
gua suam loqui mendaciu: vt inique ageret la-
borauit. Et mltro solliciti laborat hoies cir-
ca mudana trāstoria qua circa etna z magi cir-
ca voluptates qz circa ptutes. Un leo papa i
sermone quoda de tetunio septimi melis. Li-
bentius sustinet labor p desiderio voluptatis
q amore ptutis. Et Greg. sup Ezech. Qui-
busda pntis mentibz nihil laboriosi est qz si
eis pcepti q in mudi bui actibz no laborent
De hmoi varie z vane laborantibz loqitur An-
sel, de similitudinibz. Volentiu, i. in hac vita la-
borantiu tria sunt genera. Hec aut sunt velut
tres hoies a mane vsq ad vespam molentes
Hoz itaqz pimus quisqd molit in sacco in su-
scipit z abscondit. Alter ho ptem capit z prez
ex negligētia in hume cadere facit. z ptem alia
a vento rapt pmitit. Tertius ho qcqd molit
humis impet secū tollit vel vetus dissoluit.
Veniete aut vespā qn a labore cessat z fructus
laboris inqrit, qd putas singlos habituros.
Primus qdē farina tota fruauit bene, totū la-
borē suū recognouit bene. Scōs ho q partes
collegit: inde letatus est qd habuit inde mestus
qd veto vel humic amisit. Tertius aut q totum
amisit: eo tristior fuit. Moraliter loqndo flu-
men p seculi decursu accipit. Veto ho gloria
designat inanis. Volēdinū qd tota die mo-
lit: pns labor est q a mane vsq ad vespam nū-
qz finitur. Vane nobiscū erat qn nati sumus
vespe aut erit qn p mortis debitū hinc trāsibi-
mus. Tēpus itaqz pns dies ē q laborare de-
bem vt ad vespam veniam. Et sic mola cir-
cūducta ad eūde locū sp reuertit. Sic labor iste
singulis anis more solito reuertat. Vō nan-
qz aratur, seminat, metit, panificat, comeditur
iteqz ad idem reuertit. In vespe aut cum dicit
voca operarios z redde illis mercedē letabūt
iusti tota sua fuata farina, i. vita sua. Alij ho
qui nō totam eā seruauerūt in hoc mestū erūt

letū em q ex parte laboris sui deū agnouerūt
Vex alij omē tēpus suū in vanitate ponūt, z
qd faciūt nō ab hūana laude abscondunt qua
si omē studiū vite sue in decursum fluminis p-
ticiūt. farinaqz suā vento pmitit. Un z in fi-
ne pane vite carebūt etne: vt illis, hec Ansel.
Isti fatue laborātes dicere poterūt illud Lu-
ce, xv. Per totā noctē laborātes nihil cepim.
Nihil, i. ptem fm illud Jo. j. Sine ipō factū
est nihil. Scōs labor in pposito ē penitentū z
pccator. Narrat sex. Jul. j. stratagem. c. xij
q Lyrus rex psaz volēs aios populariū p-
tare ad bellū ptra medos talī vsus est cautela
Duxit plm ad qndaz siluā vbi rota die labo-
ribz maximis occupauit eos circa lingua suc-
cidēda. In crastino iussit epulas lautissimas
prepare z exercitiū cum gaudio z tripudio pul-
uari: z circūlens p turmas interrogauit, qd illo-
rū diez plus placeret eis. Rūderūt qz dies se-
cūdus pl' placeret eis qz pm'. Quibz ille sub-
iūxit. Sic p labore besternū puenist ad bodi-
ernū puiuit: sic felices brigē eē nō potestis ni-
si pus medos vicerit. Sic etiā moralit si pec-
cator nroz remissionē: si vitam z cenā eternā
ingredi volum: necē habem' pzius laborem
penitētie z builitatis subire Un ps, sic petūt
Vide builitatem meā z laborē meuz z dimittite
vniuersa delicta mea. Et cuiusmōi fuerit la-
bor suus manifestat alibi dicens. Laborauit
in gemitu meo lauabo p singulas noctes. zc.
Tertius labor in pposito ē studentū z scolastico-
rum. De q loqitur sic Sen. Non est inqrit viti-
timere laborē, Generosos aios labor nutrit.
Phia inqrit nemini nascit, q eā volunt hie opz
q laborent. Aristorelē nō suscepit phia inge-
niosum: s; effectū. Hinc Hiero, cum in studijs
scpturaz et circa hebreū discēdum vsq ad sa-
tigatōnē laboraret, semetipm p illud dicitum
poeticū pfortare solebat. Labor ipzobz oia vi-
cit. Iste laborē in studēdo: loqndo: z scribēdo
vt posteris poterit pdesse. Eccl. xliij. Videre
qm nō solū mihi laborauit, s; oibus exqritibz
veritatē. Et etiā in orādo: exēplo Salomonis
dicentis, Da mihi dñe sediu tuaz assitricem
sapientiam vt mecum sit z mecum laboret
Quart' labor est pidentū z alioz platoruz
quozū est laborare in doctrinaz exēplo bone vi-
te, iuxta illud, j. Tymo, v. Qui bñ psunt psby-
teri duplici honore digni habeāt, maxie q la-
borāt in pbo z doctrina, zc.

Lectio CLXX
Ed et si figulus

mollē terrā p mēs: laboriose fin-
git ad vsus nros vnūqzqz vas z

de eodē luto fingitqz mūda sunt in vsum vasa
z silitur q bis sunt tria. Hoz autē vazo qd
sit vsus iudex est figul'. Et cum labore vano
deum fingit de eodē luto, ille q pauloante de
terra fact' fuerat: z post pusillū ducit se vñ ac-
ceptus est, repetit' aie debitū quā habebat
Postqz reprobatā ē idolatraz fatuitas z mali-
cia ex pte spectet siue artificialis pulchritud-
nis idolorū. Hic pnter eos reprobat de causa
tam efficiēte qz materiali corūdē pūctim.
Et qzuls qcunqz materia inepta sit z incōue-
niens ad eēdum ps del: z ois artifex impo-
tes z insufficiēs ad pducendū deuz: maxie tñ
euidēter idolatraz fatuitas oñditur in h qz
credāt vnū figulū q est defec' artifex de vilis-
simo elemēto qd est terra posse formare deum
pferim cū vidēt figulū de eodē luto formare
vasa honesta z inhonestā qzrum ad vsum fm
iudiciū suū z de eodē luto fabricare vnū ido-
lum. Igit' qntū ad materiā nulla nobilitas ma-
ior sit in idolo qz sit in olla vilissīma facta de lu-
to. Et hec rō ponit in pma pte lēonis plane z
sumit pncipalr a pte materie. Scōa est talis
Colētes idolorū in materia lutea siue terrestri
scūt ipm figulū factū de terra z post modicuz
redigendū in terrā. Ergo cū nō possit dare ter-
re de q factus ē vitā immortalē vel diuinam,
mlto min' pōt dare vitā terre circa quā opat
arte sua. Et h est qd dicit' Et cūz labore vano
deum fingit, i. idolū colēdum p deo: de eodē
luto, sup, de q pus fecit vasa honesta z inho-
nesta qzrum ad vsum illoz ille q pauloan de ter-
ra factus fuerat, Eccl. xvij. Deus de tra creauit
hoies, Et post pusillū ducit se, i. ducit merito
pctoz suoz: vñ accept' est. h de tra in tra reuer-
tet. Eccl. xij. Dia q de tra sūt i terrā puerrent.
Vel educt' se fm alios libros, ille etiā nō so-
lū sic dicit' in terrā, s; repetitus est debitū: aie
quā hēbat, Hec lra duplr exponit. Prio mō
aie debitū dī mors ipa quā patit ois hō debet
post pctm pmi parētis, Ben. ij. In qcūqz die
comederis ex eo morte morieris, i. necessitatē
mortis eris addictus tu z tota posteritas tua
Alio mō est pstructio intrāstīua repetit' ani-
me debitū, zc. i. debitū qd est ipa aia, Luc. xij.
Sulte hac nocte aiam tuā repetēt a te. Et ē
grāmatica nō vsitata mō, vt h pncipiū passi-
ue significatōis repetitus regat hūc actm de-
bitū, qd dicit' q h ideo ē, qz suū actiū regit
duplicē actm sicut h pbi doceo, vñ bñ dicit',
repetit' debitū, sicut dī iste ē doct' grāmaticā
Circa illā clausulā, repetit' aie debitū. No-
tandū, q hō bñ plderās statum suū diuersi-
mode ē debitor multoz. Et est debitor supio-
ris, inferioris, et eqlis, Roma, xij. Reddite oī

bus debita, Deus ē supior, caro inferior, pri-
mus eqlis, Deo em debitor sum' sicut dicit
qdaz doctor, rōne delicti, rōne bñficii, z rōne
depositi. Pamo qdem rōne delicti, Omnes ei
ptra eū delinqm'us, Et to oēs ei p offensa e-
mendā debem'. Exēplum hui' j. Reg. vj. ha-
bemus de philistis q arcam dñi detinuerūt
iniuste, z idco diuersimode afflicti fuerūt. Un
dictum fuit eis, Quod debetis ei reddite pro
peccato, et tūc curabim'ni. Istud debitum est
penitentia qd multi male soluūt z qdam nun-
qz. Vale soluūt qui suā penitentā in senectu-
tem differūt. Nunqz soluūt qui sine penitētia
z charitate recedūt. Et rōne hui' debiti qd est
pena pro peccatis: etiaz ipa peccata debita nū-
cupant. Math. vj. Dimitte nobis debita no-
stra sicut z nos dimittim' debitoribz nostris
Secūdo sumus deo debitorēs rōne bene-
ficii. Recepm' em a deo bona gratie nature
z fortune, pro qbus oibus merito ei seruire de-
bemus, Luc. xvij. Cum oia bñ feceritis q pre-
cepta sunt vobis dicit: qz oīno fuit inutiles fa-
ci sumus, qd debuimus facere fecimus.
Tertio sum' deo debitorēs rōne dispositi.
Hec em oia bona q vident nobis esse collata
disposita sunt magi q data. Un redditi su-
mus de oibz rōem, Math. xvij. Dicitte eū i
carcerē donec reddat vniuersū debitū Scōo
pncipalr debitorēs sum' carni, nō vt fm eaz
viuam', s; vt eā spiritu subijciam'. Roz, vij.
Debitorēs sum' nō carni vt fm eā: viuamus
Si em fm carnē vixeritis mortemini, Si ac-
spū facta carnis mortificaueritis: viuētis. Car-
ni igitur tria debem' vicz sustentationē, castiga-
tionem, z exercitādem. Sustentari em debz
ne deficiat. Deliciari non debet ne iniolescat.
Un Greg. omelia, vij. scōe pns sup Ezech.
In hoc mūdo cum nris temptationibz nasci-
mur, z caro nobis aliqndo adiutrix est in bo-
no ope, aliqū seductrix in malo. Si em ei pl'
qz debuimus tribuim', hostem nutrimus, z si
necessitatē eius q debemus nō reddim': ciues
necam'. Satiāda itaqz est caro, sed ad h vt in
bono opere nobis sufficiat, Nā quisqz ei tan-
tū tribuit vt supbiat: satiari penitus ignorat.
Hec ille, De eodē Sen, epla, xliij. Fatcor in-
stā nob nri corpis caritatē: fatcor nos h' ge-
rere cautelā, Nō nego indulgēdū illi: futēdum
nego: sic gerere nos debem' non tanqz ppter
corp' viuere debeam' sed tāqz nō possum' si-
ne corpe viuere. Et infra dicit notabile pbum.
Honestū inqrit et vile est cui corp' nimis carū
est. Caro q sustentari debet nō impinguat ne
ptra spm fiat hostis. Juxta illud mericiū Si
bñ suz pasta dicit caro nō ero casta, Jrcz alius

dic sic. **D** mibi cara caro rōni psona raro. Dū
 tibi mīta paro fercula litus aro. Scōo debe-
 mus carnī castigatōez p abstīnētiā. vigiliā
 z afflictiōes rōnabiles. i. Coz. i. Castigo coz
 pus meū z in fuiturē redigo. ne forte coz alijs
 peccauerim ipc reprobo efficiar. Est ei caro sic
 equus lasciuus ppter nīmā pzebendā q dnm
 suū pūct in lutum. **U**n Breg. sup illud Job
 Verū est in lutū cybara mea. dic sic. Si coz
 da in cybara mīnus tendit nō sonat: si apli
 raucū sonum dat. qz nīmā tāto qsqz sūbmet
 moderamie debz pesse vt ad culpā caro nō su-
 perbat: z tū nō ad effectū rectitudinis in ope
 subsistat. **T**ertio debem⁹ carnī exercitōez
 nō ocium vel vocationē. De ista loqitur Se-
 neca. epla. viij. fm libros cōes. Nullus mibi
 p ocium exi dīes. ptem noctū studijs vendi-
 co: nō vaco somno sed succūbo. z oculos vigi-
 lia fatigatos cadētēz in ope detineo. **E**t Hiero-
 nim⁹ in qdam epla. Semp aliqd opīs fact-
 to: vt te dyabolus inueniat occupat⁹. Non
 em facile capis a dyabolo qui bono vacat ex-
 ercicio. **T**ertio pncipalit debitorēs sum⁹ p-
 pmo: cui debem⁹ dīcōnem. instructōez. z sup-
 portationē. Dilectionē debemus oībus. **J**ux-
 ta illud Rboma. xij. **F**lemīn qdēz debentis
 nīl vt inuicē diligatis. **E**t. i. Job. iij. **S**i de⁹
 dilexerit nos z nos debem⁹ alterutqz diligere.
Un dic Tull⁹ de amicitia. q fruct⁹ ingenij
 z pcuris oīsqz pstantie tūc marie carpit cū in
 pīmū quēz pferit. **I**tē Breg. in qdā omētia
 dic sic. **H**īs intellectus caret oīno ne taceat.
 hīs rerum affluentiā. a misericordiā non tor-
 pescat. hīs artē qua regitur. vsum illius cū
 pōximo partiat. habens locum loquēdi apd
 diuitem. p paupibus intercedat. valenti noie
 reputabit cullibet etiam nīmum qd accepit.
 De ista dīcōne dicit Petrus Rauenciā. in q
 dam epla **L**uz humane pōditiōnis status mul-
 tīplī motu variet. nīl in tēpib⁹ inuenio pre-
 ter vñū quod vite celestis imaginem: repñtat
 sola dilectio est quā non alterat casualis cū-
 tus. quā separatio corpallis nō diuidit. quam
 tēpīs longitudo nō abolet. que defectui nō suc-
 cūbit. sola dilectio est p quā amicos absentes
 videmus: alloqmur. amplexamur. q sic qdaz
 angelica agilitate z imaginatio cōmēatu trā-
 soluat z recurrit vt nīl de damno corporee
 molis aut distātie localis inuirtē pqueramur
 Scōo debemus pmo. instructionem. **R**o-
 ma. i. **B**reds ac barbaris sapiētib⁹ z insipēt-
 bus debitor sum. **T**ertio debem⁹ pmo sup-
 portationē. cui⁹ exēplū de ceruis hēmus. **Q**ul
 fm Amb. z **J**id. xij. et vmo. ca. i. cum flumina
 vel maria trāsnatant capita cūmb⁹ pcedent

um supponūt. sibiqz inulcem famulantes nal-
 lius ponderis laborē sentiūt. **L**ōsimīlī mō in
 oīm cōgregatione z statu. qui puectores fue-
 rint z fortiores. infirmoz defectus z imbecil-
 litates sustinere debēt. **R**oz. xv. **D**ebem⁹ nos
 firmiores imbecillitates infirmoz sustinere

Lectio CLXXI

Ed est cura illi non

qz laboraturus est: nec qm breuis vi-
 ta illius sed pcertat cum aurificib⁹ z argētia-
 rijs sed et etarios imitatur z gloriā pferret. q-
 niam res supuacuas fingit. **L**inis est em coz
 eius z terra supuacua spes illius z luto villos
 vita illius. quoniam ignorauit illum qui finxit
 se z qui inspirauit illi animā z amat ea q opa-
 tus est z nō eum q insufflauit ei spiritū vitale

Postqz reprobata est vanitas idola fabricā-
 tum ex pte cause materialis z formalis. **I**n p-
 te ista reprobata vanitatē corūdem ex pte cau-
 se efficientis z hoc in materia vili sicut de lu-
 to. **N**ā qnto materia idoli est villos: tāto ma-
 gis sunt derisibiles idola fabricātes de illa. z
 etiā talia idola adorātes. **U**n spūscūs deri-
 det h spūscūs figulos idola gētū fabricātes
 de materia fictili. **E**t circa h duo fac **N**ā pmo
 eos absolute vitupat. **S**cōo eos fabricantes
 idola alijs ppat. ibi. **H**ic ei scit se sup omēs.

Circa pmo duo facit. **P**rimo tales opifices
 arguit de negligētia bone pōditiōis. qntum
 ad laborē ppxum z corpalem fragilitatē. **S**e-
 cūdo eos redarguit de vehemētia false opio-
 nis circa hūane vite bonitatē. scōa pars ibi.
Sed estimauerūt. **C**irca pmo quattuor
 facit. **F**am pmo arguit tales de negligētia
Secūdo de vana gloriā **T**ertio de spe supua-
 cua. **E**t quarto de ignorātia nimis fatua. **R**e-
 gligētes pō sunt in eo q nō curant de laboris
 sue qntitate: nec de sue vite breuitate. z qntum
 ad hoc dicit sic. **S**ed est illi cura. nō qz labo-
 raturus ē. sed nec qm breuis est vita illius.
Istā negligētiā patiūtur oēs cupidī q pōtinue
 circa diuitias z honores laborant. z vite sue
 breuitatē nō pōsiderāt. s. pcertāt cū aurificib⁹.
Id ē qui i auro opant. z argētarijs. i. q opantur
 in argento. ecce vana glia figulī q certat cum
 nobilib⁹ artificib⁹ vt opetur ita subtiliter i lu-
 to sicut alius in metallo. sed et etarios. i. illos
 qui opant in ere z i quocūqz alio metallo imi-
 tatur. z glam pferret. i. inutiliter se iactat qrens
 glam pferendo opus suū opibus artificū ali-
 orū. **E**t iō se inutiliter pferret. qm res supua-
 cuas finxit. i. inuiles **R**eprobata eoz negligē-
 tia z vana gloriā. **H**ic reprobatur tertio eo-
 rum spes supuacua in idolorum cultura. que

qdē cultura reprobadā ē vt mala ex cogitatōe
 affectione z tota puerfatione. **Q**uātū ad cogi-
 tationē dicit sic. **L**inis em est coz eius. hoc ē co-
 gitatio cordis illius q adorat vīle idolū est ei
 nis. i. circa cinerē sicut circa oblectū suū. **A**cc⁹
 em spēficant z denoiant frēqnter ab obiectis
 sicut cogitatio cupidi est aurum. z terra sup-
 uacua spes illius. qntum ad affectiōem. z luto
 villos vita illius. i. puerfatio adorātis idoloz
 vltor est ipō luto quod adorat z cul se subdit.
Moraliter in cinere q venio agitaf. designaf
 supbia vite. **I**n terra pcupiscētia oculoꝝ. **I**n
 luto pcupiscētia carnīs. **Q**uarto reprobat
 eos de ignorātia propa ppter quā inciderūt in
 tot errores. **U**n subdit. **Q**m ignorauit cum q
 se finxit scz deū. **D**e quo in ps. **Q**ul finxit sin-
 gillatim corda eoz. **E**t q illi inspirauit animā
Sē. ij. **I**nspirauit in faciem eius spiraculus
 vite: z amat q opatus est. scz figulus amat ido-
 la sua z nō eū q insufflauit ei spiritū vitale. i. deū
 quā illū ignorat. nīl aut ignotū est amaruz
Breuis est vita illius **C**irca istā clausulam
Notandū est q inter oīa que pōsiderare debe-
 mus ad pōtūle viuendū. maxime nobis con-
 fert ponderare diligenter vite pntis inume-
 rabiles qualitates z pōditiōes. **U**n aug⁹. ii.
 suo de orōe dicit sic **L**ogitem⁹ q breuis sit vita
 nra qz lubca sit vita nra. qz icerta mors nra **L**o-
 gitem⁹ q lugētes hāc vitā intrauim⁹. cū labo-
 re viuimus. z cū gemitu exire sumus. **L**ogi-
 temus cum qntis amaritudinib⁹ mixtum sit
 si quid dulce est. si quid locūdum. in hui⁹ vite
 via occurru suo nobis alludit fallax: qz suspec-
 tum. qz instabile. qz transitorij sit si qd amor
 mūdi parturit. qz quid species et pulchritudo
 tēporis pmittit. **E**t postea enūerat mltas hu-
 ius vite misērias quō cum peccatis intrauim⁹.
 z pctā peccatis accumulauim⁹. z tandem
 subdit. **Q**uis em oīa mala hui⁹ vite enūera-
 re pōt. **U**t em ptermittam⁹ ea mala q oīes
 cōiter opprimūt. qntum putamus singuloꝝ. i. e-
 creta pericula quoz quicqz sibi conscj sunt. **S**i
 quis em cogitare voluerit a luuentute mala
 que fecerit: que sustinuerit: ponatqz aī oculos
 tēpora pterita. dīes vite sue. pōsideret diligēter
 que z quoz pericula z qntos labores inaniter
 pulerit. quotiens ad hui⁹ vite honores fru-
 stra defudauerit: quotiens in laboriosis cona-
 tibus fallaces exitus inuenerit. pfecto sciet qd
 de hac vita iudicet. **U**nde **S**aiomō. **Q**ul ad
 dit sciētiā addit z dolorem. **Q**uātū em hō se
 spm plus intelligit: tanto plus suspirat z in-
 gemiscit. **H**ec **A**ug⁹. **H**z ergo vita ista duratio-
 nis breuitatē. afflictionis acerbitatē: z termina-
 tionis ambiguitatē. **H**abet em pmo duratio-
 nis breuitatē. **J**uxta illud **J**ob. xlij. **N**ō na-

tus de mullere breuis vīcēs tpe. zc. **E**t infra.
Breues dīes hoīs sunt **E**t quis hoc sit de oī
 homine. magis tū ista breuitas apparet i ma-
 gnīs psonis. sicut sunt pontifices atqz reges
 boꝝ em anni crebrius pputant. cum dicitur.
Anno regis tali. zc. **P**ōficatus nri anno: ta-
 li. zc. **U**nde **E**ccl. x. **O**mīs potētatus breuis
 vita. z forte ad lram malum regimē corpīs et
 excessus delitiaz in cibis z potib⁹ z volupta-
 tibus hui⁹ agit fortasse ad vite eoz breuitatē
Quia **E**ccl. xxxvij. dicitur **I**n multis cūcis er-
 rit infirmitas. z cito post. **P**ropter crapulam
 multū obierūt. **D**isputat **M**acrobi⁹. ij. satur-
 nalium. **U**trū difficilioris digestiōis sit ci-
 bus simplex z vniformis **E**t respōdet ad istā
 questionē **D**ysartus pbs asserens q cibo mlti-
 plex est difficilioris digestiōis. **Q**d probat
 qnqz rōnibus quarū tria sunt exēpla pro rudī-
 bus. **P**rimo em videm⁹ q pecudes q sim-
 plici alimento vescūtur. sanissime sunt. z si quid
 dem inter pecudes aliqz infirmant. ille potis-
 sime infirmant qz boim voluptas p varieta-
 tes cibozū nūc saginare **S**cōa rō est qz cibo
 simplex facill⁹ digerit. **I**n cui⁹ signū oīs me-
 dicus simplici cibo reficit infirmū: rāqz natu-
 ra debil⁹ facill⁹ simplici cibū in sui naturā cō-
 uertat **T**ertia rō ē. q sic cūcis nocet varietas
 vīnoꝝ qz idēz vīnū in eqli sumptū quātrate.
 ita varietas cibozū in aliqz quātrate plus re-
 sistit nature qz vnus abus in pōtū qntitate
Quarta rō est qz q simplici cibum sumit si
 postea infirmet facill⁹ sic infirmans cā ppe-
 dit. **E**t p pns pōt sibi facill⁹ cauere vel a tali
 cibo totalit⁹ abstīnēdo vel minuēdo qntitates
 cibi: qz si mltis z varijs vtret. qz tunc nesciret
 cui de mltis posset iputare. ergo simplex die-
 ta salubrior est censenda qz mltiplex **Q**uia
 rō est ta. is. diuerso: ū cibozū in stomacho rece-
 prozū diuersa ē natura. z iō agere natura vni-
 formis ex pte sui qdam cibo citius digerit alijs
 adhuc manētib⁹ crudis. **I**llud aut qd pus in-
 fra stomachū manēs puerit dum expeccat il-
 lud qd est postea digerendū corrūpitur z are-
 scit sicut in crucatōnibus satis patet. **E**rgo
 quādo abus est vniformis z idem vniformi-
 ter digeritur z vitatur talis putrefactio in sto-
 macho. **U**nde relinqtur fm eum qz cibo sim-
 plex est salubrioris digestiōis qz cibo multi-
 plex. **H**ec ibi. **Q**uia ergo potentes z diuites
 multas ferculas z varijs vescūtur cibozum ge-
 nerib⁹. frēqnter infirmant z citius moriūtur
Et iō oīm potētatus breuis vita. **E**t in mul-
 tis cūcis erit infirmitas: z in abstīnētia vita
 diuturna. **E**ccl. xxxvij. dicitur. qz q abstīnens
 est adiuciat vitam. **H**uic sententię concordat
Seneca epla. vij. **M**ultos inqz morbos ml-

Dta secula fecerunt. Ista tñ veritas vite nostre no est ptra nos sed p nobis si bn pñderem? qz sicut dicit Ambrosius in sermone de quadragesima Jo deus breuē illā vitā fecit vt molestie eius qz pspicitate vinci nō poterat: ipis exiguitate finirent. Sap. ij. Exiguū em̄ z cum tedio ē tēpus vite nostre. Scdo vita pñs hz afflictio nis acerbitate fm auctoritate bñ Aug. superius allegata. Et ibi Greg. xj. moralium dicit sic Si subtiliter pñderem? qd hie agit penaz miseria ē. z cū h ipō qz vita nra tātis replet mīserijs misericorditer dispēsat. Vñ idē Grego. xij. moral. Secreto dei pñlio agit vt bus pegrinatōnis rpe. electoz vita turbet. vta qp pēvita pñest qua ad patriā tendim? z idcir cobic occulto dei iudicio frequēti turbatōne pterimur ne vīam p patriā diligam? Istud satis pñderavit Salomon qñ in oibz que fiunt sub sole vanitate vidit z afflictionē spūs. Et iō Eccl. ij. ca. dicit Rediit me vite mee videntē mala esse vniuersa sub sole z cūta vanitate z afflictionē spūs. Docet Aristot. de pblemate. pti. ij. pblemate. iij. qz aqua falsa mltō melius supportat nauē qz aq dulcis etiā eiusdem qntitatis. Cui? cā est. qz aq falsa ē corpulentoz z dēior qz aqua dulcis Vñ si onū ponat i va se i quo ē aqua falsa supnatar. si in aqua dulci submergit. Et ob h aliqui ignorantēs adhuc diuersitate: penes gūratem z leuitatē in aqz: onerati pmitus i mari. dānsificari sunt in fluminibz sic dicit. ij. meth. Et iō securi? ptingit nauigari in mari qz in fluminibz. Moraliter aqz maris est vita pñtis tribulatōnis qz est falsa z amara nimis Flauis ē psona bene onusta vir turibus z gratijs. Prover. xxxj. Facta ē quasi nauis institoris de longe portans panes sūi. Ista itaqz psona bona multo securi? nauigat in amaritudine seculi z aduersitate qz in pspicitate z delictijs vt merito dicat illō Esa. xxxvij. Dñe si sic vīuiss z in talibz vita spūs mei: corriples me z viuificab me ecce in pace amaritudo mea amarissima. hoc est in pace cōscientie amaritudo mea amarissima donec totaliter p patientiā absorbeat. Querit ergo aristot. pblemate. xj. particula. xij. Quare post pmeti onē eoz que sunt stipica. pontica. vel austera que multū abinuitē differūt fm pmetatozem vñū z aqua z vlt omis potus videt dulcior. Causa est duplex. Prima cā est. qz srium magis apparet iuxta suū srium. zc. Alia cā est. qz per talia aperitur porz lingue z organoz gustus. z sic potus melius penetrat z diuit? adberet eis. Isto mō moraliter vñū ppetue cōcūditatis melius sapit aie postqz amara vite pñtis degustauerit. sicut exēti de tenebris fit

lux magis accepta. Job. iij. Lux z vita bis qz amaritudine aie sunt Tertio vita pñs habet terminatōis ambiguitatē. Eccl. ij. Sūt iusti et sapientes z opa eoz in manu dei. z infra ibidem. Rescit hō finē suū sed oia in futurū seruat incerta. Et ideo dicit Sen. qz pñuosus dz in opinione z mortis pemptu mori anteqz finiat vitā suā z pñmare vitā an mortē. Dicit itez Seneca epla. xxxij. Pulchz est pñmare vitā ante mortē z expectare secure reliquā sul tēporis partē. Et tales illi erāt quibz apls loquebat ad Lolof. iij. Mortui em̄ estis z vita via abscondita est cū xpo in deo. zc.

Lectio CLXXII
Ed et estimauerūt

Ilulum esse vitam nostrā z pueratōez vite ppositam ad lucruz: z oportere vñdecun qz etiā ex malo acqzere. Hic em̄ scit se sup omnes delinqre qui ex terre materia fragilia vasa z sculptilia fingit. Omnes em̄ insipientes z infelices supra modū anime supbi sunt inimici populi sui z imperātes illi. Postqz spūsanct? redarguit idolatras de negligentia bone considerationis circa propriū corpis fragilitatem. In ista pte redarguit eoz falsam opinionem circa vite humane moralem bonitatem. Est autem opinio ipozū reproborū de cōuersatione humana sic qz tota cōuersatio homis ordinari debet ad duo. vtz ad delectatōes siue delectatōes. et ad possessiones siue diuitias. z hoc ē quod dicit. Sed estimauerūt vitam nostram eē lusus vlt ludū vlt luxū. fm qz diuersi text? habent: hoc est delectatōem z voluptatē estimauerūt finem esse z pfectionem vite humane vt homo circa nihil aliud sollicitari debeat nisi qz fruatur delectijs z voluptatibz corpis z cū hoc abūdet diuitijs. Vnde subdit. qz estimauerunt cōuersationem vite humane esse compositam. i. ordinatam ad lucrum diuitiarum z ideo oportet vñdecunqz siue iuste siue iniuste etiā ex malo acquirere. z ideo tales miseri sicut guli studuerūt fabricare idola curiose vt possent ea carius vendere idolatris. Consequenter cōparat sigulum de vlli materia idola facientem ad alios artifices idolorū de nobilitate materia fabricantes. Et circa hoc duo facit primo vituperat eum sicut peccantē scienter z singulariter. Secūdo vituperat omnes idolatras generaliter. Secūda pars sibi omnes enim insipientes. Dicit em̄ de sigulo deos fictiles faciente sic. Hic em̄ scit se sup omnes de linquere qz ex terre materia. i. ex materia fictili fragilia vasa z sculptilia fingit. Igit expse videt z palpat qz nō sūt pl? bonozāda sculptilia

qz vasa fragilia. Sed nō solū iste: sed etiā oēs idolatre sunt insipientes z infelices supbi z bonoz inimici z reprobratores plī dei. vñ subdit. oēs em̄ insipientes qz ad cognitiuā cognitiōem. infelices qz ad effectiua supra modū. i. vltra mensurā aie sue. i. pzie bonitatis. superbi sunt inimici etiā plo dei z bonis viris eos opere psequēdo z improperātes illis deridendo z diffamando zc. Circa istā clausulā. Estimauerūt lulum esse vitā nram. Florian dū qz Arist. x. Eth. ca. ix. recitat opinionē quorūdam z reprobat qui posuerūt humanā felicitatē in opibz ludi pñstere: z est hec eadē opinio a spūsancto reprobara in lectione bodierina. Ponit ergo Arist. pmo rōem que eos mouit ad ponendū felicitatē humanā in ludis cōsistere: z est ista. Quo diuites z potentes maxime indigent z quo maxime delectant videt potissime ad felicitatē pñtere. Sed diuites z potentes maxime qruunt delectatōes ludi: vñ persone cōiter ludentes sunt eis carere pñose. Ergo videt qz in talibz pñstet felicitas. Scdo Arist. istam rōem euacuat ppter duo. Pmo: qz nō est sufficiens signū qz felicitas pñstet in ludo ppter hoc qz potentes maxime in ludo delectant. Nā in illis hominibz nihil est singulare qd nō est in alijs hominibz nisi potētia vel diuitie. Sed nec diuitie nec potētia faciūt opationes eoz pñuosas. Jo nō sequit qz id aliquid sit pñuosum: qz sit a diuitibz z potentibz. Vñ nō pty: qz potētie z diuitie nec conferunt homini pñutes morales nec intellectuales: qz sūt pncipia pñuosaz opationū. Scdo qz si illi qbz nō sapiūt delectatōes spūales que sunt in exercitio pñutum moralium z intellectualium fugiunt ad delectatōes corpales nō tñ ppter h seqtur: qz ille sint eligibiles simplr z ppter se. Sic nec sequit qz pueri qui intellectu z virtute carent iudicant aliqz esse pñiosa z magni ponderis. qz sunt talia. Vñ a simili sic pueris z viris pfectis. alia z alia pñiosa vident. Ita pñuis z pñuosus alia z alia pñiosa vident. Illud ar simplr pñuosum siue ponderosum est siue pñiosum qd a pñuoso laudabile iudicat vel pñiosum. Cū qz potētes a potētia sua pñutē nō habent. patet qz nō sequit. Potentes in ludo delectant maxime: qz felicitas pñstet in ludo: falsum est. Tertio Arist. arguit istā tripliciter. Pmo cū felicitas sit finis humane vite. sicut opibus ludi pñstet felicitas: ludus foret finis vite humane: z ex hoc sequit qz homo studeret z laboraret ppter ludū qd est stultū z puerile. p cōuersio fm sniam Anatharhis bene se habet dicere. qz aliquis ludat ad horā vt postea melius studcat: qz requies est ppter opatōem: non

operatio ppter requiem. Scdo cū felicitas sit summū bonū: necesse est qz in optimis cōsista. Scia aut sunt ridiculosis meliora: ergo felicitas magis circa seriosa qz circa ridiculosa cōsistit. Vñ Tullius de officijs. Nō ita a natura generati sumus vt ad ludum z locum facti esse videamur: sed ad seueritatē potius z quedam studia grauiora atqz maiora. Tertio qz nobilitatis partis anime est melior operatio z p consequens in nobilissima parte ponit debz felicitas. sed nihil prohibet hoīem bestialē cor porales delectationes marime participare: ergo in talibus delectationibz non est felicitas: quibz aut ludus nō sit humane felicitas: est tamen ludus pueniens virtus quedam. Sicut em̄ homo indiget aliquando a vefationibus corporis requiescere ita indiget intentionē z a studijs seriosis relaxare z a sollicitudinū angustate pauare: hoc aut fit per ludum qui consistit in colloquijs z collationibus conuenient inter homines ordinatis. Est ergo notandū circa ludū qz ad hoc qz virtuose fiat tria requirunt: videlicet concordentia honestat: prouidētia idēntitatis: z carentia supfluitatis. Pmū ergo qz a virtuose ludentibus considerari debet: est honestatis concordentia: vt videlicet talis ludus deceat psonam ludentem: deceat psonas assistentes. Vnde alius ludus conuenit clerico vel prelato seu viro religioso: z alius militi armigero vel famulo. Alius etiā ludus decet senes z alius iuuenes: quia nō omnia decet. Fingit Esopus de asino z catulo. qz asinus considerans catulum ociosum mirabiliter gratum z acceptum domino. deliberauit que posset esset causa quare dñs catulum nihil operis facientem tantū diligeret. Et deprendit qz quotiens dominus domū rediit: catulus ei occurrit pedibus z voce modis omnibz quibz potuit dño suo semp applausit. Vltus est qz expediens asino effigiari catulus z sic dñi suigram promereri. Dño ergo de rure redeunte occurrit asinus cum impetu pedes anteriores humeris domini allusit z clamore valido ruidire cepit. Dñs turbatus z lesus auxiliū conuocat famuloz qui asinū validissime sustigatum a dño abegerūt. Isto mō multi sunt qui putant qz eos deceat omnis ludus z tñ in re veritate displicet vbi se putat placituros. Narratur fabulose qz minerva inuentis sibijs cepit fistulare. Cū qz circa aquā quandā sufflando tybias incederet. pñderavit buccaz suarū magnitudinē z timore z vīsa indecentia vult? sui protecit tybias suas nec vnqz postea voluit fistulare. Consideret qz ludens pñone siue conditōem z honestatem z nihil attemptet qd eius

ut statū suum nō deceat: z semp omnia turpia
 caueat que aliquo mō ad peccatū idclinent. vñ
 Sen. de quatuor p̄tibus. Omnia tolerabilia
 p̄ter turpitudinē crede. A verbis aut turpib⁹
 abstineto: qz licentia eoz impudentiā nutrit:
 f̄monez viles magis q̄ facetos z affabiles a
 ma: miscet̄ (interdū serijs) iocos: s̄z tempatos
 z sine demerito dignitatis z p̄cundie. Nam
 rep̄bensibilis risus est s̄l imodicus vel imode
 ratus vel pueriliter effusus vel mullebit̄ fra
 ctus. Odibile quoqz bosem facit risus aut sup
 bus aut elatus aut malign⁹: z furtiuus z alte
 nis malis euocatur. Hec Seneca. De ista bo
 nestate z decencia in ludo fuanida dicit Arist. liij.
 Et h. ca. xvi. qz ludus liberalis z disciplinat⁹
 differt a ludo seruili. z distinguit̄ in hoc. qz lu
 dens indisciplinate exponit se duplici damno
 viz derisioni z suspicioni. Vñ indisciplinate
 ludentes in comedijs f̄m eū aliqñ patiebant̄
 derisionem si videlicet inepte dicer̄t. Aliqñ su
 sp̄sionem qñ videlicet turpia dixerunt: qz pro
 babile est qd de turpibus ludunt in turpib⁹
 delectant̄. Et tō ex parulis magna sepe intelli
 gimus sicut docet Tullius in sua rhetorica.
 ex odorum intuitu. ex hilaritate z risu z huius
 modi. Sicut inquit idēz Tullius de officijs li.
 primo Pueris nō oēm licentiā ludendi dam⁹
 sed solum circa ea q̄ ab honestis actionib⁹ non
 sunt aliena. vt sic in ip̄o ioco semp aliquid p̄bi
 ingenij eluceat. Et Amb. de officijs li. j. La
 ueamus ne dū animū relaxare volum⁹ solua
 mus omnē armoniā quasi p̄centū quendā bo
 noz opez: vsus em̄ cito insectit̄ naturaz. Vñ
 clericos nullo modo decet p̄cationes muliez
 vel meretricia effigiate gestu habitu vel loq̄
 ne hoies suspicet̄ eos in talib⁹ p̄cordialit̄ de
 lectari. Item nec nimie saltatores decent cler
 cos testante illud Chrysostomo sup̄ Matth.
 xliij. Dic aut̄ natalis herodis saltauit filia he
 rodias. vbi dicit sic. Vbi saltatio: ibi diabo
 lus: nec em̄ ad hoc de⁹ dedit nobis pedes vt
 cū camelis saltemus: sed vt cū angelis choros
 faceremus. In saltib⁹ exultant demones z letā
 tur ministri demonū. Hec ille. Istam honesta
 tem bene seruauerat illa virgo Sara filia Ra
 guelis. p̄pter qd dicere potuit Thobie. liij. Nū
 q̄ cū ludentib⁹ miscui me: neqz cū his q̄ in le
 uitate ambulat̄ particeps me prebul. Se
 cundū quod ludus virtuosus requirit est prou
 dentia idēntatis vt ludens semp p̄uideat qd lu
 dus suus sit simplex innocens z innocuus ne
 aliquis inde ledat: vnde q̄ nihil in dicitis suis
 ponderat̄ nisi vt risum faciant ne curant quez
 p̄ dicta sua p̄stent: derisores sunt z homolo
 cbi. z nō eutropoli f̄m Arist. liij. Et hico. Et

de tali loquit̄ Salomon Prouer. xxv. Frau
 dulenter nocet amico suo z cū dep̄bensus fue
 rit dicit̄. ludēs feci. Tales ludūt more sampson⁹
 qui tam se q̄ assistentes ludens opp̄ressit. Ju
 diciū. xvj. Sed nunqd̄ virtuosē ludens pote
 rit aliter p̄iudicari. Ad h̄ q̄ satis respōdet Ari
 st. liij. Et h. q̄ qdam sunt p̄iudicia z tumeliosa: que
 dam nō. Dicere aut̄ p̄tumeliosū alicui est euz in
 famare: z ideo talia p̄iudicia dicere nullo mō pōt
 virtuosē ludens. S; hoc apud gentiles legi
 bus p̄hibebat̄. Sunt aut̄ alia qdam p̄iudicia d
 leuitib⁹ que pōt p̄uenient̄ p̄uosus dicere: vt p̄
pter delectatōem: vel p̄pter emendatōem sicut
 exponit̄ ibidē sanctus Thomas. Tertius qd
 virtuosus lud⁹ requirit est carētia sup̄fluitat̄ ne
 vel nimis frequenter vel nimis p̄tinuet̄ z qd fiat
 qñ oportet. z sicut oportet. Et qñ debeat fieri
 dicit̄ Tullius li. j. de officijs. Ludo qdem et lo
 co vt licentis sicut somno z q̄ctibus ceteris: ruc
 videlicet cū gubus serijs alijsqz reb⁹ satis fe
 cerim⁹. Distinguit̄ em̄ sc̄tus Tho. triplex ge
 nus ludī sup̄. iij. inia. z. d. li. xvj. q. vlt. ar. j. est
 em̄ ludus turpis z inhonest⁹ q̄ in se deformat̄
 tatē importat z tales fecerūt gentiles corā dijs
 suis in theatris z templis z ille est simplr̄ inbi
 bit⁹ p̄pianis. de penitē. di. v. in fine. z in multis
 alijs locis. Al⁹ est lud⁹ gaudij sp̄ualis qualē
 faciunt̄ p̄piani in die corporis p̄piz qualē fecit
 Dauid corā arca dñi. ij. Regū. vi. Tertio est lu
 dus hūane p̄solatōis: cui⁹ medicas vocat̄ eu
 tropolia z virtuosus ista p̄tute d̄ ab Arist. eu
 tropoli q̄ virt⁹ est ita necessaria hūano conu
 ctui q̄ f̄m eū p̄rium eutropoli est esse epidori
 otes: ab ep̄i qd est supra. z doctos qd ē ap̄ q̄si
 optime ap̄ ad p̄iudicium humanū. Et de tali lu
 do p̄t exponit̄ illud Zacharie. viij. Platee ciui
 tatis implebunt̄ infantib⁹ z puellis ludentib⁹.

Lectio CLXXIII. Boniam omnia

Idola nationū deos estimauerunt
 quib⁹ nec oculoꝝ visus ad viden
 dū: nec nares ad p̄cipiendum sp̄m: nec aures
 ad audlendū: nec digit̄ manuū ad tractandū:
 sed z pedes eoz pigri ad ambulandū: hō enīz
 fecit illos: z qui sp̄m mutatus est s̄ncit̄ illos.
 Nemo em̄ sibi simile homo potest deū finge
 re cū em̄ sit mortalis: mortuū fingit̄ manibus
 iniquis. Postq̄ sp̄s sanctus reprobat̄ tā
 culturam q̄ facturam: facturā vero specialiter
 reprobat̄ ex parte cause formalis: materialis
 z efficientis. In ista parte facturam reprobat̄
 et etiam culturam ex parte cause finalis. finis
 enim. faciendū idola et colendū est spes suffra
 gium vel auxilium consequēdi contra defectus

A

vite humane. sed tales suffragiū p̄ferre nō p̄nt
 cum careant omni sensu. motu p̄gressu z vita
 ergo frustra fiunt z colunt̄. Qd aut̄ careant oī
 sensu probat̄ inductiuē. sic patet in ista excepto
 sensu gustus: de quo nō facit mentionē in ista.
 Sed tñ patet eos sensu tactus carere: z gust⁹
 est qdam tact⁹ sic d̄. ij. de aia. satis liquet qz gu
 stu carēt. Rōem quare carēt sensib⁹ asserit im
 potentia faciens vt efficientis. q̄ cū sit mortalis
 mortuū fingit̄. i. p̄ponit̄. fingere em̄ cōponere
 dicim⁹ f̄m Grego. vñ licet mortalis generare
 possit viuū p̄ naturā: fingere aut̄ p̄ artē nulla
 ten⁹ p̄t viuū. Notandū qz veteres doctores
 vel postillatores istā istā exponūt de mal p̄
 stozibus z platis quos dupliciter describit̄. Pri
 mo a dñatoris administratōe. Secdo ab itru
 stioza institutōe. primo ostendit̄ quales reputā
 tur ab alijs. scdo q̄les sunt in seip̄s. Reputan
 tur em̄ ab alijs vt d̄. ij. vñ eis sūt genuflexiōes
 adoratōes. supplicatōes. Sap. xij. Rectores
 orbis terraz deos estimauerūt. S; j. Para.
 xvj. Dēs dñ p̄lorum idola: Et q̄tum ad h̄ d̄
 ct̄ sic Dia idola nationū deos estimauerūt. Id ē
 malos pastores. Zacha. xi. O pastor z idolum
 derelinq̄ns gregē. Quales aut̄ sūt in se ip̄s
 subiungit̄: qz aliud sunt q̄ apparent. Apparent
 em̄ viuū z sunt mortuū: qd manifeste p̄bat̄ per
 carētia sensus z motus. deficiūt aut̄ in p̄la
 tis oēs q̄nqz sensus sp̄uales q̄bus regere dñt
 tam in p̄ria p̄uersatōne q̄ in subditozū regi
 mine. Primo em̄ carent p̄tute visua discretō
 nis z sc̄ie: qua discernere debent inter leprā et
 lepram. Carēt. cognitōe nō soluz sacre scriptu
 re: sed z ois sc̄ie naturalis z liberalis. Isti p̄ce
 cant̄ puluere terrenoz z stercozib⁹ hyrundinū
 Tobie. ij. Et tō d̄. Esa. lvi. Speculatores ei⁹
 cecū sunt oēs. Isti nihil vidēt z tñ tp̄alia vident
 ad emendū z disponēdū ea. Hierc. liij. dicitur
 Aspeti terrā z ecce vacua erat z nihil. Et Sa
 plen. vij. Distillas nihil esset̄. Secdo carēt
 sp̄uali olefactua qua virtute sentit̄ odor ille.
 q̄ aie deuore currūt post sponsū. Lan. i. Cur
 remus in odore vngentoz tuozū. Odor spine
 florentis aufert canī odorem p̄de. Moraliter
 spine florentes sunt diuitie cū honorib⁹ z di
 gnitatib⁹ q̄ tñ redolent in narib⁹ p̄latorū q̄
 odore p̄de celestis vel xp̄i que insequi debe
 rent currendo taliter amiserūt: de quib⁹ per ps.
 d̄. Pares hñt z nō odorabūt. Tertio carēt vir
 tute auditiua in aurib⁹. Duas em̄ aures sp̄ri
 tuales debent habere. vnā ad audlēdum dele
 ctant̄ z libenter p̄bum dei. altam ad intelligen
 dū faliciter clamorē egenū. p̄tma auris est dex
 tra. scdo est sinistra. Sed p̄lati moderni non
 nulli more asp̄idis surde: d̄extrā aurē obturat

B

terra z sinistra cauda. qz si offeratur eis copia
 verbi dei. dicunt qz nō vacat eos audire. oportet
 em̄ eos de terris. redditib⁹ z placitis habe
 re p̄silia. si clament paupes pro elemosina ob
 turant aurē sinistra cauda. dicit̄ em̄. Tanta fa
 milia nobis est necessaria tot milites tot d̄cti
 ci. tot armigeri. tot serulices. tot famuli. tot ri
 baldi qz vit̄ sufficiūt quecuqz de ecclia possi
 demus. Et iste due surditates reddūt eos ex
 ceccabiles z inefficaces. De p̄mo Prouer. xxvij
 Qui declinat aurē suam ne audiat legē: oratō
 eius fiat execrabilis. Apoc. i. Potestas ī ore
 eoz z in cauda eoz. Et p̄similiter p̄tās plato
 rū est in ore eoz per imperiū: z in caudis. h̄ est
 in magna familia per ministriū. De secunda
 Prouer. xxij. Qui obturat aurē suā ad clamo
 rē paupis ille clamabit z nō exaudiet. Quar
 to carent p̄tute gustatiua sp̄uali qua gustatur
 a sanctis q̄ suauis est dñs. Partunt̄ etiam fe
 bres varioꝝ peccatoꝝ. qz mō infrigidant̄ per
 timorē p̄dendū mūdialia. modo calescūt p̄ ran
 corem semetip̄os vt ascendo de insuria. mō su
 dant torpore in delictis z defidia. tō hñt gustū
 infectū z nō sapunt que dei sunt. Propter qd
 ad Col. iij. eis d̄. Que sursum sunt sapite nō
 que sup̄ terrā. et ps. Sustate z videte qm̄ sua
 uis est dñs. Dic̄ Arist. de problematib⁹ p̄t
 cula. xij. p̄blemate. v. Putridos fruct⁹ come
 dentib⁹ vinū dulce videt̄ amarū: qz amaritudo
 manet diffusa in lingua eoz z magis diffūdit̄
 tur per vinū. Moraliter de platis nōnulli fru
 ctus putridos voluptatū carnaliū comedunt
 z ideo vinū deuorōis z sp̄ualis p̄templatōis
 nihil eis sapit. Luc. xliij. Nemo illoꝝ virozū
 q̄ vocati sunt gustabunt cenā meam. Quinto
 carent p̄tute tactua sp̄rituali. q̄tum ad hoc
 dicit̄ qz nō sunt eis digit̄ manuū ad tractan
 dū. Et hñ dicit̄ manuū in plurali. qz duas ma
 nus sp̄uales habere deberēt: d̄extrā qua reue
 rener tractēt mysteria sacramentoz: z sinistra
 qua suauiter curēt vulnera peccatoꝝ. Prima
 manus debet esse mūdissima. qz tractare debet
 filiū dei. Joh. i. Man⁹ nostre tractauit̄ de
 verbo vite. Sed ista man⁹ in multis est lepro
 sa z infecta libidine vt merito dicit̄ vnicuiqz il
 lud. Ero. xliij. Mitte manū tuā in sinū tuum.
 Et istō Joh. xx. Foli me tangere. i. subtrabe
 te a celebratione diuinoz z ad ministratōe sacra
 mentoz dei p̄pter imundiciā vite tue. Job. xij
 Manū tuā longe fac a me. Secda man⁹ debet
 esse sanissima que tractare dicit̄ vulnera pecca
 toꝝ. iij. Regū. v. Putabam qz egredieretur ad
 me z manu sua tangeret locum lepre. Et salua
 tor extendēs manū suā terigit locum lepre vel
 leprosum: dicens. Volo mundare. Mat. viij.

Sed multi curati et plati sunt his diebus ut ca-
nes qui sola lingua lingunt vlcera Lazari. Ta-
les enim sola lingua lingunt vulnera peccatorum,
sed manu non contingunt: quia opera misericordie non
impediunt: nec operibus propriis exemplum prebet
subditis vel penitentie vel fructus. **Dat. xxiij.**
Supra carbenedra moysi sederunt scribe et pbari
sei, et infra. Alligant enim onera grauiora impos-
tabilia et imponunt humeris hominum: digito autem
suo nolunt ea mouere. Nec ergo dicit moralis spi-
ritus sanctus de istorum idolozum, et malozum prela-
toz negligentia et defectiua conuersatione. **La-**
les sacerdotes parat Gregorius, omel. xvij, aque
baptismatis que alios mudant seipos non mun-
dant: dicens sic. Ingressi sunt electi sacerdotum ma-
nibus expiati celestem prelam, et sacerdotes ipse ad
eterna supplicia festinant. **Lul** rei sacerdotes ma-
los siles disperim nisi aque baptismatis que pec-
cata ceteroz diluunt illos ad regnum celeste mit-
tit, et ipsa in cloaca descendit. **Secundo** describit
eos ab intransiua institutioe. Dicit enim que homo se-
dit illos et is que spiritum mutatus est fingit illos: et que
mortalis mortuum fingit manibus iniquis. **Et**
notat modum triplicem que prelati nonnunquam male
instituant. Quidam enim adipsiunt dignitatem
et statum in ecclesia per sanguinis affectioem: et
de talibus dicit que homo fingit illos: homo vix mor-
tue et sanguinis non spiritus sancti. Quidam adipsiunt
tur per eodem spiritum sanctum humani: non per com-
mune inspiratioem spiritus sancti, et de talibus dicit
dicit que spiritum mutatus est is fingit illos. **Spiritus**
enim interdum pro voce accipitur. **Iuxta illud. j. Lo-**
rinth. xiiij. Psallam spiritu psallam et in mente. **Is** er-
go que spiritum mutatus est: hoc est compromissari que
voces obtinet alioz et pro alijs eligit: iste fingit
idolum. ad est falsum placu ad modum proprium
non ad ecclesie profectum. **Tertium** adipsiunt digni-
tatem per munerum pactioem. et de talibus dicit que mor-
talis mortuum fingit manibus iniquis. **Do** talis
id est simoniacus vendens beneficium: fingit mortuum
id est simoniacus. **Quorum** vterque a morte
denotat: que vterque peccat mortaliter et promouens
et promouens: sed de actu constat. **Vterque** talem
fingit manibus iniquis. hoc est muneribus dantis
vel promissis. de quibus dicitur in psalms. **In** quo-
rum manibus iniquitates sunt depecta eorum re-
pleta est muneribus. **De** istoz munerum acceptio-
ne dicit **Isid. li. j. de summo bono. ca. liij.** Tres
sunt munerum acceptioes quibus contra iustitiam
humana vanitas militat: fauor amicitia
rum: adulatio laudis: et corporalis acceptatio
muneris. **Facilius** autem peruertitur animus
rei corporis muncere: que gratia laudis: et fauore.

Lectio, LXXIII,

Eliz est enim ip

m se his quos colit: quia ipse quem vidit
cum esset mortalis. **Illi** autem nunquam
sunt et aialia miserissima colunt. **Inse-**
sata enim parata his: illis sunt deteriora: sed nec
aspectu alijs ex his aialibus bona potest percipere.
Effugerunt autem dei laudem et benedictiones eius.
Postquam reprobata est multipliciter idolorum factura
In hac parte signant reprobata idolorum factorum
cultura. **Et** circa hoc duo facti. **Primo** enim ar-
guit eorum culpam mortalem. **Secundo** concludit eorum
penam perpetuam. **Secunda** pars sibi. **Effugerunt.** **Circa**
primam quattuor facit. **Primo** redarguit idola
fragilia de materia lutea. **Secundo** colentes aia-
lia. **Tertio** ostendit que idolatre sunt suis idola magis
nobiles. **Quarto** que eorum idola sunt penitus
inuicta. **Circa** primam dicit que miser figulus
colens idolum fictile melior est idolo quod colit
cuius ratio est. que iste videtur: illud autem nunquam. **Circa**
secundam dicit que miser idolatre colit animalia
id est imagines aialium. de quo satis dictum est
supra in ca. xiiij. **Circa** tertiam probat que miser
idolatre sunt suis idolis que colit magis no-
biles: que spiritus sentire potest illa autem non. **Unde** dicit. **In**
